

suppl. Sed haec longe diversa: 1. caule dense pubescente subglanduloso 2. floribus corymbosis 3. bracteis ventricosis scariosis latis. 4. anthodio glanduloso - pubescente, cuius squamae extimae obtusae subscariosae. 5. florum colore pallidiori. 6. defectu palearum receptaculi. Ad hanc videtur pertinere: *Hieracium chondrilloides saxatile hirsuto folio dentato* Cupan. panph. sic. t. 137. quod Smithius habet *Hieracium bracteolatum*. Ad Rodigiam commutatam vero: *Hieracium hyemale Jaceae pallido folio rugoso* Cupan. panph. sic. t. 143., sed ambigo.

Habui olim Crepin *rhoeadisfoliam* Steven. Marsch. Bieb. fl. cauc. 2. p. 259. Sed haec differt: 1. caule profunde sulcato 2. defectu palearum receptaculi. 3. pappo sessili.

Pertinet ad hoc gentis secunda species:

*Rodigia laevigata*, foliis radicalibus obovatis dentatis anthodioque glabris, caule nudo.

*Seriola laeviuscula* L. syst. veg. 721. Vahl symb. 2. p. 90. *S. laevigata* Desfont. atl. 2. p. 237. t. 216. Willd. sp. pl. 3. p. 1619.

Hab. in Barbariae arvis.

*Seriola alliata* Bivon. sic. pl. cent. 2. t. 7., quam Smithius huc trahit; haudquaquam huc pertinet, quippe pappo uniformi plumoso stipitato instructa. Cf. Bivon. pl. rar. manip. 4. p. 16.